1511.

161

Sigism: I. Rex Polon: Stanislao Lanckoroński Capneo Cameneceni, Joanni Tworowski Capneo Stipendiarior:

Tametsi Imperator Tartaror Crawpensis his proximis diebus Nuntiabat Nobis ea, quae pacis et amicitiae firmandae fuerunt, quodque Filios Suos duos ad Nos pro Obsidibus missurus esset, tamen non ad plenum eidem, solitam fraudem Ejus metuentes credebamus. Venit a Nuntio Nro, quem apud eundem Imperatorem habuimus hac hora ex Czerkasy Nuntius fraudem Imperatoris et Filiorum Ejus detegens, quod scilicet Filius Ejus Machmet, et quod Filij alij, qui obsidum loco venturi ad Nos erant, etiam cum alio Exercitu ad Eundem Fratrem adversus Valachum se converterunt. Scribitque Nobis idem Nuntius eadem nunc mente esse Tartaros istos, si reperierint Valachum in terra sua paratum ad se suaque defendendum, quod illuc non ibunt sed in Regnum Nrum vim omnem conversuri sunt. Scribimus haec Valacho et promovemus illum, ut caveant sibi, et quod mandaverimus Vobis auxilium ferre hortantes Eum, ut ille vicissim suppetias mittat Nobis, cum a Vobis requisitus fuerit. Idcirco mandamus Vobis, ut milites omnes simul congregatos teneatis et Podolitas ejsdem adiungatis ita, ut defensionem Rno si res ita poscet, faciatis, aut Valacho suppetias feratis. Nam ab Octo Diebus dicuntur Tartari fuisse circa sylvam mi-

grand

Tartarica – Valachiq

nigram. Misimus etiam vestes ad Palatinum et ad Campiductorem, ut omni mora posthabita versus Leopolim pro Festo Sancti Lamperti conveniant. Vos vero ita in dirigendo Exercitu Stipendiarior[um] provide medatis, sicut oportet, ne damnum in hominibus aut turpitudinem accipiamus.